

D E O D U C E
MEDITATIO S. EPISTOLÆ

DOMINICÆ III.

POST TRINITATIS
Additis S. Patrum dictis, Quæstiō,
numq; aliquot decisione, ad uberiorem textūs cum opus
est, explicationem, & Heterodoxorum refutationem.

^{Q u i A M}
In Regia Aboënsi Academia,

P R A E S I D E,

ÆSCHILLO PETRÆO
S.S. Theologiæ Doctore & Episcopo Aboënsi,

Examini subjicit in Auditorio Majori horis solitaria
Addiem 6. Maij Anni 1656.

SIGFRIDUS LAURENTII Bircklænius
Lojo - Finlandus.

Lyra in hunc locum

Quæ sit gratia, quam confert humiliis subditis, ut quo magis humiliati fues-
tint propter ipsum tempore certaminis: èo glorioius exaltentur tempore
retributionis: humilitatem dicimus: vel quando aliquis pro abluendie
peccatis incipit salubriter atteri, vel quando spontanea mentis devotione
perfectiores Deo & hominibus humiliantur. Vel quando contra perfec-
tiores per patientiæ virtutem invictus amitus armatur.

Idem in hunc locum.

Diabolus in pace subdolis: in persecutione violentus, contra quem animus des-
bet tantum esse paratus ad resistendum, quantum paratus est ille ad
impugnandum.

A B O Æ

Impressa à PETRO Hansøn/ Acad. Typog.

*Generosis, Nobilissimis, maximeq; strenuis & magna-
nimis V I R I S*

Dn. ERICO Lüstra/ Hæredita-
rio in Målkåla & Domino in Pullola/ equestri Majori
celeberrimo Patrono ac Promototi suo magno quovis of-
ficiorum genere & obſervantiae cultu æternum
devenerando.

Dn. AXELIO Lüstra/ Hæredi-
ario in Målkåla & Domino in Pullola/ pedestris Ex-
ercitus bene constituto Capitaneo, virtute bellica Excellentissi-
mo, ititem Promotori suo, ingenti animi fervore obſervando-
Dn. CAROLO Rennefeldt / Rei
militaris peritissimo, Fautoris suo, summo studio
& obſervantia colendo,

N E C N O N

Reverendis, humanitate, pietate & doctrina conspicuis Viris:

DN. SVENONI TORCHILLI, Pastori in Lojo
meritissimo & districtus Nylandensis præposito attensii:
Mecænati suo propensissimo.

DN. JACOBO PETRI wichtiensium Pastori vi-
gilantis: favitori suo certissimo.

U T E T

Humanitate & præstantia integerrimo Viro,

DN. CAROLO PETRI in Jacova, Ecclesiae Lojoensis
Oeconomio fideliss: amico & vicino suo perdilegio.

Dn. Patronis Mecænatis & benefactoribus meis propensissimis; sacrum hocce exerciti-
um in suæ ulterioris promotionis spem, tum in debitæ gratitudinis, obſervantiae &
tesseram summa animi reverentia humilime & officiose dedicat & offert.

Sigfridus L. Bircklanus
Respondens.

M E D I T A T I O S. E P I S T O L Æ
D O M I N I C A III. P O S T
T R I N I T A T I S.

I N S a n c t æ & s u m m ē L a u d a n d æ T r i n i t a t i s , P a t r i s , f i l i i
& S p i r i t u s S a n c t i n o m i n e .

Beat u s ille vir , quem castig a s J a h , &
quem ex lege tua doces . Ad præstan-
dum quietem ei a diebus adversit a t e s ,
dui n fodit u r improbo fore a . Non enim
deserit J e h o v a p o p u l u m s a u m , & p o s s e s s i o n e m s u a m
n o n d e r e l i n q u i t , Sed u s q u a d j u s t i t i a m r e v e r s u r u m e s t
j u d i c i u m & p o s t illud o m n e s r e c t i c o r d e . Psal . 94 . v .
12. 13. 14. 15. Beatum prædicat Psalmista illum , quem
Dominus corripit & castigat , per suam legem docet ,
Non beatum dicit S. Psalmista illum , cujus filii crescunt
in juventute sua ut plantæ , & cujus filiæ ut palatia sunt ,
cujus promptuaria plena eructantia victualia multa , cujus
oves pariunt malle in prædijs , cujus boves multum ope-
ris efficiunt , apud quem non auditur damnum vel infor-
tunium & quærela in plateis ejus ; Hunc virum cui talia
eveniunt , Psal . 144 . v . 12. seq . non prædicat beatum ,
sed quem Deus castigat , & quem docet per suam legem .
Duo refert Psalmista quæ faciunt hominem beatum ,
quorum unum est , di v i n a c o r r e p t i o & c a s t i g a t i o p e r m o r-
b o s , p a u p e r t a t e m , c a p t i v i t a t e m , a l i a v e i n c o m m o d a ,
A l t e r u m e s t , i n f o r m a t i o D e i p e r l e g e m s u a m , u t d i s c a -

mus recte sentire de calamitatibus & cruce, quod habeant magnam utilitatem & proficiscuntur ex paterno Dei corde, non volente nos perdere, sed meliores reddere. Mox exponit commoda ex hac correptione, videlicet ut patientiam habeamus cum res sunt adversæ, & interea dum impi ovea paratur, ut simus æquo animo ferentes impios & eorum fortunam, donec illius instat ruina. Hæc autem impiorum felicitas multum pios vexat & scandalizat, qui verò ex verbo Dei informatus est de illorum lubrico statu, ille vincit omnia placatè & placidè perfert. Hoc etiam docetur in textu jam explicando.

O Remus a. D E u M ut hanc Epistolam ita meditari queamus, ut cedat in nominis Divini gloriam, nobis in augmentum & incrementum doctrinae, & bonorum operum, in spem & fiduciam, & tandem in aeternam beatitudinem, dicamus igitur Pater noster &c.

TEXTUS i. Pet. 5.

HUmiliemini igitur sub potenti manu Dei, ut vos extollat cum erit oportunum. Omni cura vestra conjecta in illum: nam illi cura est de vobis. Sobrii estote, vigilate, quoniam adversarius uester diabolus tanquam leo rugiens obambulat, querens quem devoret. Cui resistite, solidi fide, scientes easdem afflictiones, vestrae quæ in mundo est fraternitati, consummari. Sed Deus omnis gratia, qui vocavit nos ad aeternam suam gloriam per Christum Jesum, parumper afflictos, idem restauret vos, fulciat, roboret, stabiliat. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Instit-

Instituit Apostolus seriam adhortationem ad pessimum
cularem quandam virtutem, videlicet ut humiliemur
se sub potenti manu Dei, Promittit inde hoc securum
commodum, quod Deus sit exaltatus eos suo tem-
pore, justo & optato tempore. Mox aliam instituit ad-
hortationem de abiiscienda cura in Dominum & qui-
dem omni cura de qua vis re, addit rationem, quod Deus
habet nostri curam. Præterea tertiam admonitionem
subjungit, ad temperantiam & vigilantiam, cuius adhor-
tationis hanc dicit esse causam, quod eorum hostis dia-
bolus circumeat, ut rugiens Leo, & querat quem devo-
ret. Huic verò resistendum esse monet firma fide,
Resert etiam hunc esse statum fratum eorum in mundo
non aliam esse illorum fortunam, habent etiam socios
tribulationum & vexationum, non soli patiuntur. Tan-
dem concludit lectionem hanc Epistolicam voto & preca-
tione, ut Deus, a quo omnis gratia, qui etiam eos vocavit
ad æternam suam gloriam in Christo Jesu, perficiat eos
qui exiguo tempore patiuntur, fulciat eos, confirmet &
roboret eos. Huic, inquit, sit gloria & potentia in æ-
ternum Amen. Admonemur primi præcepti, ut disca-
mus veram humilitatem, ut humiliemus nos sub potenti
manu Dei, ut nos extollat suo tempore. Omnis etiam
cura rei scienda in Dominum, non serviendum mam-
monæ. Commendatur etiam necessitas orandi: ne nos
inducas in temptationem, Sed libera nos a malo. Quam
necessarium orare manè & vesperi, Sanctus tuus Ange-
lus sit tecum, ne hostis ille nequam aliquid in te repe-
riat vel contra te prævaleat.

P A R T E S.

2. *De abdortatione Apostolica ad peculiares quas-dam virtutes.*
2. *De pio Apostoli voto & precatione ad Deum pro suis auditoribus.*

Atq; hæ sunt istæ partes, quas hac vice breviter, & simpliciter tractare constituimus. *Omnipotens & aeternus Deus, pater noster cœlestis dilectissimus nobis omnibus benedicat, cunctaq; utiliter & fructuose cedere faciat.*

P R I M A P A R S,

In quâ meditamur :

I. Auditorum Apostoli

commendationem. Commendat Apostolus suos auditores, non multis laudibus eos efferendo, sed intricato laudandi genere, dum vocat eos charissimos & dilectissimos, quasi dicat: vos ita gessistis erga me, ita receperistis me meamq; doctrinam, ita in illa perseverastis & in amore mei, ut meritò didicerim optimum vestrum erga me affectum, quod haudquam mihi malè cupitis, meritò itaq; vos voco meos charissimos & dilectissimos.

*L. C. Pulcherrima laus est auditorum quod vocantur à suis doctoribus, dilecti, amati, optati auditores. In id itaq; incumbent boni auditores, ut qua-
cunq; occasione declarant suam erga suos doctores benevolentiam. Ita monet Salomon Prov. 3. v. 9. 10. Valde placuit Deo populi Israëlitici liberalitas & munificentia, contribuendo ad adificationem & structuram*

Taber-

Tabernaculi necessaria, utiq; non displicet ei, sed sum
moperè placet, liberalitas auditorum erga suos doctores.
Liberalitas Israelitarum ad ædificationem tabernaculi
perficiendam describitur Exod. 35: v. 20. 21. 22. 23. 24. 25.
26. 27. 28. 29. Præcipuè verò auditores operam dent,
ut vitam & mores suos conforment ad doctrinam suo-
rum doctorum; quod dum faciunt, cum primis meren-
tur amicitiam & favorem doctorum suorum. Ita Christus
dicit: vos amici mei estis, si facheretis quæ præcipio
vobis^o. Deus Esa. 1. Laudat quidem suum populum,
propter promptitudinem offerendi sacrificia, verum ta-
xat eos graviter ob malam vitam & ad emendationem
vitæ serio invitat. vide Esa. 1. v. II. 12. 13. 14. 15. 16.
17. 18. & v. 21. 22. 23.

II. Humilitatis commendationem.

Commendat Apostolus eis humilitatem
ut virtutem cum primis necessariam. Non multa qui-
dem recens et argumentorum pondera, Rhetorum more
sed paucis est contentus, duobus videlicet: primum ho-
rum est, Deus habet potentem manum, humilemini,
inquit, sub potenti manu Dei; quasi dicat S. Petrus,
quid juvat & quid prodest superbire & animum efferre &
cristas erigere, cum nihil contra manum Dei facere vel
tantillum possumus. Pharao contumeliosè respondit
Mosi, perhibenti se à Jehova missum, ut educeret popu-
lum Israeliticum ex Ægypto, ut serviret Deo suo; Quis
ille, inquit, Deus, quem ego timebo & propter quem
ego dimittam populum. Exod. 5. v. 1. 2 Saulus ante
suam conversionem spirabat minas & cædes adversus
confessores Christi, pergebat jactabundus Damascum
cum literis summorum sacerdotum, ut illic vinculis

con-

constringeret qui in Christum fidem confitebantur ; verum in itinere Christus deiecit ipsum in terram & dicit ei : Saule quid me persequeris ? durum est tibi contra stimulos calcitrare Act. 9. Hic mutatus in alium virum, Saulus, quid facere debeat, interrogat. Magnum est argumentum quare studere debeamus humiliati, quod Dei manus sit potens, ita potens ut nemo ei resistere queat. Et tot sunt exempla, superbientes contra Deum foedelapsos & miserè prostratos. Quid profecit sua superbia Nebucadnezar, superbiens de ædificijs Babyloniae splendidis, adimitur ei ratio humana, datur cor bovum, abiit in Sylvam, & latet per totum septennium & postea restituitur regno, & tunc se didicisse ait, quod si sit aliquis, qui se non potest humiliare, hunc Dominus cæli humiliare tamen potest. Dan. 4. v. 27. ad finem capitinis. Alterum argumentum, quo utitur S. Petrus pro persuasione auditorum ad humilitatem seständum, est promissio quædam insignis, quam habet humilitas ; hæc autem est, ut vos extollat suo tempore. Mundus videtur longe secus judicare de humilitate. Quod illi qui non possunt pugnare, de loco alios deturbare, sub se omnia rapere, illi nihil quicquam promoveantur. Ideoque Christus peculiari consolatione recreat mansuetos & humiles, quod Dei judicio sint illi beati, & quod terram possessuri sunt, quamvis mundus omnia sibi rapuisse videtur. Illorum studium corrodendi omnia, describitur Esa. 5. v. 7. 8. 9. Interim habebit Dominus rationem suorum & portionem eorum nemo rapiet ab eis. Esse enim intra manum Dei, & seras portarum ejus, quod suis datus est.

L. C. Exaltatio varijs modis fit à Deo, pro ut commodum videtur Deo, de qua canitur Psal. 37. Ubique iam monentur pījut se contentos reddant sua portiuncula, vide

V. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Vult ali-
quis exaltari, sit humilis. Quò major es, tanto te geras
submissius. Oremus ut doceat Deus nos veram humili-
tatem. Ego, inquit Christus, sum misericordia & humilis cor-
de; doce nos oꝝ favissime Christe humilitatem, averte,
averrucare & radicibus evelle radices superbiæ. Tu hu-
milis fuisti, tu humilitatem docuisti. Occurrant nobis,
sonent in auribus nostris; humiliemini sub potenti ma-
nu Dei, ut nos attollat suo tempore. Laudat S. Maria
Deum, quod respexit humilitatem ancillæ suæ, vide
totum canticum, Luc. 1. Non appetemus sublimia
officia, maneamus libenter in inferioribus, nisi videri-
mus palpabiliter aliud de nobis statuere velle; Tunc
ibis quò te misero. Caveamus ne sit humilitas nostra
ficta & hypocritica, qua multi laborant. Humilita-
tem jactitant, simulant, sed si quis, non nihil de digni-
tate illorum, & primo accubitu detrahere velit, mox
turbas & strepitus audiet. Hæc humilitas radices non
egit. Orandum Deus, ut plantet & radices agere firmi-
ter sinat humilitatem nostram.

III. Nimiæ curæ & sollicitu-

dinis prohibitionem. Omnem curam vestram,
inquit, coniijcite in Dominum, quia ille habet curam
vestri. Necessarium præceptum. Quid est, quod ho-
minem magis inquietat & molestat, quam cura victus
& vestitus. Avaritia in multis ita radicem agit, ut vix
eradicari posse videatur. Fœnus & usura adeo demen-
tarunt homines, ut nisi quis pecuniam vel frumentum
ad usuram dederit, is sibi male prospectum arbitratur.
Hinc enim est illa cura, quod omnem curam in se reci-
piant; Deo nihil comittunt. Faciunt manifestè contra

S. Petri præceptum, dicentis : omnem vestram curam
eonijcite in Dominum , & is curam habebit pro vobis.
Ita homo præposterè agit, dum deserit Dei vias, & pros-
prias sequitur. Christus præcepit : Quærite primum,
regnum Dei & cætera adjicientur vobis. Matth. 6.

L. C. Observemus Christi suarissimam infor-
mationem, de reijcienda cura in Deum, Matth. 6. &
fugiendo cultu Mammonæ. Ubi non nulla firmissima
argumenta, adfert Christus, pro tollenda ista ethnica
cura, victus & amictus ; Nolite, inquit, solliciti esse
quid edetis aut bibetis, neq; quo vestiemini, vita pluris
est quam victus, & corpus, plus est quam amictus.
Homines sunt multò præstantiores avibus, quas Deus
liberaliter nutrit & alit, multò magis homines alet,
qui ad imaginem ipsius sunt creati; aves & alia anima-
lia propter hominem creata. Et quid prodest inquit
Christus, nimia illa sollicitudo victus & amictus, siqui-
dem per illam nihil efficitur, brevioris staturæ homo,
nil sibi adiçere potest, ad corporis proceritatem, quan-
tumcumq; de eo sit sollicitus. Herbae agri non laboran-
tes neq; nentes, pulchre vestiuntur à Deo suaribus o-
doribus & jucundis coloribus, habent vestes odoratas
& pulchras. Quid ni etiam homo, necessarijs à Deo
cooperietur vestibus, omnibus herbis longè præstan-
tior? Habemus præterea patrem bene scientem quid
nobis ex usu sit, habemus patrem omnipotentem, qui
potest omnia dare, habemus patrem benevolum, qui
vult

vali omnia dare, bona videlicet & nobis necessaria,
dicente Christo, Luc. 11, v. 11. 12. 13. Dicit S. Pe-
trus: ipsi, Deo scil: cura est de nobis. Utinam his
verbis fidem haberemus firmam & indubitatam. O-
remus Deum ut verbo ejus, & promissionibus ejus, fis-
dem habere queamus. Quomodo mirabiliter Deus
suos sustentare potest, docent exempla varia. Oremus
firma fiducia: panem nostrum quotidianum da nobis
hodie.

IV. Sobrietatis & vigilantiae

commendationem. Sitis sobrij & vigilate. Quia,
inquit S. Petrus, inimicus vester Diabolus circumit, tan-
quam Leo rugiens, quærens quem devoret, resistite eis
solidi in fide. Scitote, inquit, quod eadem molestia ex-
hibeat fratribus vestris in mundo. Hic Apostolus
gravissimam infert causam, quamobrem sobrietati stu-
dendum & vigilandum. Hostis, ait S. Petrus, vester,
Diabolus circumit ut leo rugiens, quærens quem devo-
ret. Cum jubet Apostolus sobrios esse, non prohibet
necessariam curam corporis, quæ præcipitur etiam in
quinto præcepto, non occides, neq; teipsum neq; alios.
Potest vero seipsum quis occidere nimia abstinentia à
cibo, potu, somno &c. Prohibet Apostolus opera tene-
brarum, commissationes & ebrietatem, jubet nihil o-
minus curam habere corporis, quamvis non ad concus-
piscientiam & licentiam. Qui proprio corpori injuri-
am inferunt nimio jejunio, castigatione, flagellacione,
cilijs &c. Deo nullum cultum præstant. Vigilandum
monet Apostolus, hoc est, nihil demendum naturali &

necessario somno, sed accuratè perspiciendum, quid deceat, quid dedebeat, quomodo cautè in omnibus ambulandum, quoniam tempora periculosa sunt. Et Apostolus hic subiicit præcipuam causam, quod Diabolus hostis noster circumeat & querat quem devoret. Huic resistendum, ait, fide. Fides autem tollitur inordinata & mala vita. Hortatur etiam Apostolus ad patientiam, in perpetiendis Diaboli insultibus & temptationibus, quia, inquit, eadem ær umna etiam eveniet in mundo.

L. C. 1. Amanda vita sobria, præterquam quod illa vita sit saluberrima, est etiam tutissima, adversus omnes Demonum insultus, scit spiritus ille nequam, quam citò perducimur in ebrietate ad varia scelera & enormitates, quam varia etiam in pericula se præcipitat ebrius, Christi admonitio est: Luc. 21. ne graven tur corda vestra crapula & ebrietate. Vide probitam ebrietatem Esa. 5.

L. C. 2. Profide orandum, ut Deus illam confortet & corroboret. Diabolo enim per fidem resistendum, ut amur fomentis fidei, verbi Dei auditu & sacramentorum usu. Ideoq; Christus beatos illos pronunciat, qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud, tanquam tutissimos adversus insultus Diaboli. De hoc etiam Christus differit Luc. 11, quod Diabolus exiens ab homine, & iterum rediens, assumit secum, septem Spiritus nocentiores se. Victoria vero est fides nostra.

SECUNDA PARS.

In parte prima vidimus admonitionem Apostoli, ad aliquot Christiano homini necessarias virtutes: jam in hac secunda parte, ejus votum perpendendum est.

In quâ meditamur.

I. Ad quem dirigat Aposto-

lus votum suum, Ad Deum dirigit suum votum, Apostolus enim sic dicit: Deus confirmet, corroboret vos &c, non invocat angelum aliquem, non Abrahamum, Isaacum, Jacobum, vel alium sanctum, sed solum Deum, Ita Christus ait: Dominum Deum tuum adorabis.

L. C. Quia à Deo est omne donum bonum & perfectum, utiq; ille recte invocatur, ut omnis bonus dator & sator. Pontificij Deo injurijs sunt & Sanctis molesti, invocantes alios præter Deum. Mediator est unicus Christus JESUS.

II. Dei descriptionem egre-

giam. 1. Deus, inquit, ex quo omnis gratia. 2, qui vos vocavit, ad æternam suam gloriam in Christo J E S U.

L. C. 1, Omnis gratia à Deo, ergo si velimus gratiam querere hominum, & non primò Dei gratiam, in vanum laboramus. Nam Deus reconcilia-

tus nobis, facit etiam ut nostri hostes, nobis reconcilientur.

L. C. 2. Notanda nostra dignitas & excellentia vocati sumus ad æternam gloriam in Christo Jesu; Ergo non ad miseras hujus mundi perpetuas, sed illorum erit finis, succedit æterna gloria, quam auris non audivit, oculus non vidit & cor hominis non ascendit. Non est hæc temporanea levis afflictio ullo modo comparanda, ad immarcessibilem gloriam in cœlo, per Jesum Christum nobis reservatam. Confirmat nos Deus, in hac expectatione ecclœstis gloriæ.

III. Voti contenta. Deus, in-
quit, perficiat vos, qui modicum patimini, fulciat, stabilitat & confirmet vos. Huic Deo nostro, inquit, sit gloria & potentia in æternum, Amen.

L. C. Apparet nos sine Dei virtute, nihil posse præstare vel perficere, quare hoc votum, perpetuò repetamus dicentes: Deus à quo omnis gratia, qui vocavit nos ad æternam suam gloriam per Christum Jesum, parumper afflictos, idem instauret nos, fulciat, roboret, stabiliat. Ipsi gloria & imperium, in secula seculorū Amen, Quia n̄ inanes sint nostra opera sine divino auxilio, præveniente & concurrente, ostenditur Psal. 127. nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant, qui ædificant illam; nisi Dominus

custo-

custodiat civitatem, vigiles frustra vigilant, va-
num est manè surgere & serò cubitum ire, & ede-
re panem cum dolore, nisi aderit benedictio divi-
na, quæ etiam dormientes divites facit. Disci-
puli laborant per totam noctem, & nihil cepe-
runt ante adventum Christi, ipso vero advenien-
te & benedicente labori, magnam copiam pi-
scium inveniunt, imò pisces jam coctos & panes
sine illorum labore aut cura, Joh. 21.

Clementissime Deus pater cælestis, suarissima
concio est, ut omnem nostram curam in te jacle-
mus, quia tu curam geris nostri: Oremus divinam
tuam bonitatem, ut semper in omni necessitate fortifi-
mus animo, nec ullam calamitatem timeamus tan-
tam, qualem non valeamus perferre & superare tuo
auxilio. Per Dominum nostrum Jesum Christum,
qui tecum vivit & regnat cum Spiritu Sancto, Deus
in secula benedictus.

Benedictio & claritas, & sapientia & gratiarum actio, &
honor & virtus, & fortitudo Deo nostro, in seculo-
rum. Amen. Apocal. 7: 12.

QUÆSTIONES.

I.

*An velit Apostalus nobis excutere omnem curam
& in*

Eingerere stuporem & contemptum omnium, cum dicit: omnem curam coniçite in illum...? R.

NOn ita jubemur coniçere omnem in Deum curam, quasi nos lapideis cordibus præditos, omniq; sensu privatos esse Deus velit: Sed ne trepidatio vel anxietas nimia ad impatientiam nos impellat. Similiter divinæ providentiæ cognitio, non ita omni cura liberat, ut securè sibi homines indulgeant. Neq; enim carnis torporem sed quietem fidei nobis adferre debet. Vide quæ de Dei providentia differit Christus in Evangelio Matth. 6. v. 25.

II.

Quare Apostolus utitur tot verbis idem significantibus, fulciat, roboret, stabiliat? R.

Quod pluribus verbis rem unam designat Apostolus (nempè fidelium confirmationem) hoc ideo facit, ut sciamus raræ esse difficultatis cursum nostrum persequi, & proindè singulari Dei gratia opus esse. Ille enim est, qui in nobis operatur velle & perficere pro bona voluntate. Phil. 2. v. 13.

